

sint petitores esse mentiuntur ecclesiarum. alii non solum multa preter ea que in eorum continentur litteris populo exprimunt sed eciam maiorem quam habeant indulgentiam se habere confingunt propter quod tenore presencium vobis declaramus quod felix reordacionis dominus papa Gregorius nonus vnam karenam et quadraginta dies. Et bone memorie Dominus papa Innocencius quartus Annun et quadraginta dies. Ceterique successores eorundem quilibet quadraginta dies, Dominus vffo archiepiscopus lundensis bone memorie .XL. dies ac eciam successores sui. archiepiscopi. videlicet Jacobus. Thrugotus. Johannes droos. Johannes grand. Jsarnus. et esgerus. et nos Karolus diuina prouidente clemencia sancte matri ecclesie metropolitane lundensi nunc preexistentes .XL. dies. Omnibus vere penitentibus et confessis qui ad fabricam aut restauracionem lundensis ecclesie cuius testudines ruinam minantur manum porrexerint caritatis misericorditer relaxamus. Insuper quatuordecim episcopi existentes in curia quilibet eorum nouiter dedit quadraginta dies. VIII. episcopi de regno dacie et swecie videlicet duo episcopi arusienses. episcopus burglanonensis. episcopus ripensis. episcopus roskildensis. episcopus reualiensis. episcopus opsaliensis. et episcopus arusiensis in swecia quilibet ipsorum .XL. dies dederat, et ita memorata ecclesia habet indulgentiam duarum karenarum. duorum annorum et quadraginta duorum milium dierum et terciam partem de peccatis oblitis. prout in priuilegijs eiusdem ecclesie euidentius continetur. Preterea uobis significauimus per presentes quod nos latorem presencium Johannem dictum baat ad uos pro petenda elemosina ad restauracionem memorate ecclesie transmisimus effectuose supplicantes quatinus diuine remunerationis intuitu, ipsum fauorabiliter et benigne tractare velit, consilium et auxilium cum uos requisierit eidem impendentes. In horum igitur euidentiam quia periculosum est nostra priuilegia seu indulgencias vbique exhibere. et ne dubia pro certis recipiatis presentes litteras sigillo nostro duximus muniendas vna cum sigillo capituli nostri supradicti. Datum lundis anno domini M^o. CCC^o. XXX^o II^o. In vigilia beati iacobi apostoli.

Ärkebiskopens sigill, något skadadt, på röda och gröna silketrådar; Kapitlets sigill borta, silketrådarne kvar.

2939.

1332 d. 25 Juli.

Erengisle Platas dotter KATARINA gifver till Skeninge kloster, vid sitt inträde derstädes, hälften af sitt fädernegods Lidhult, förbehållande sig för sin listid andra hälften i nämnda egendom för sina nödvändiga behof.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis KATERINA filia æringisli plato salutem in domino sempiternam Notum facio vniuersis quod die qua intraui ad

sorores skæningie et habitum earundem recepi. eisdem contuli dimidietatem patrimonii mei in lidhaholt cum agris pratis siluis et piscarijs infra sepes et extra et cum dimidietate bonorum mobiliium et immobiliium domorum et vten-silium sine inpeticione et calumpnia cuiuslibet pro dote mea iure perpetuo possidenda,, et reliquam dimidietatem eorundem bonorum mihi pro vsibus meis necessarijs ad finem vite mee teneo et reseruo,, ut autem predicta donacio firma sit et stabilis sigillum domini kanuti folkason nec non et cognatorum meorum hemmingi æringislæson,, hemmingi anundason,, byrgheri ionsson,, iohannis morskæ thoriri andresson nec non et Nicholai hempikæson aduocati skæningensis ad petitionem meam presentibus sunt appensa Datum et actum Anno domini M^o CCC^o XXX secundo Jn die professionis mee videlicet in die beati Jacobi apostoli.

Sigillen borta, alla 7 remsorna qvar.

2940.

1332 d. 9 Aug.

Söderköping.

Konung MAGNUS upplåter, på behaglig tid, sina och Kronans gods i Harg i Åkerbo härad åt sin tjenare Johan Andersson Jul.

Orig. på perg. i K. Danske Geh. Arch. *)

MAGNUS dei gracia Rex swecie. norwegie et skanie. Omnibus presens scriptum cernentibus, Salutem jn domino sempiternam. Notum facimus quod dilecto familiari nostro et fideli johanni andresson. dicto jwl, ex speciali gracia bona nostra et corone jn villa ecclesie hargh. jn prouincia Akirbo. situata cum omnibus attinencijs et adiacencijs annuimus et concedimus, pro fideli seruicio. nobis ab ipso hucvsque exhibito et inposterum exhibendo. ad tempus. quo gracia nostra. exigerit Prohibentes firmiter et districte. ne quis cuiuscumque condicionis aut status fuerit contra hanc nostram graciam jpsum jnpedire vel molestare presumat prout nostram vlcionem regiam duxerit euitandam Scriptum Sudhercopie Anno domini Millesimo tricentesimo tricesimo secundo. vigilia Beati laurencii, Martiris gloriosi, nostro sub secreto.

På frånsidan: Konung magnusse breff ther han læner jess andersson. som man kaller jwl gots med j hargh sokn j akerboheret. swo lenge hans nathe tilsier, for hans thieniste.

Sigillet borta, remsan qvar.

*) Dokumentet synes vara fullkomligt tillförlitligt. Man skulle således af detta bref kunna sluta, att »Skåne» blifvit genast efter mötet i Calmar i Juni d. å. intaget i Konungens titel, men snart åter, af obekanta skäl, uteslutet, intill dess efter medlet af år 1335 detta landskap städse förekommer i Konung Magni titel.